

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

Cap. III. - An voluptas mentis sit perfectissima? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

*An voluptas mentis sit perfectissima?*

Voluptatem  
non esse mo-  
tum.

*An voluptas actionem impediatur vel perficiat?*

**I**D IPSVM in fronte huius capituli agit  
philosophus, quod in calce alterius e-  
gerat: probat enim voluptatem non esse  
motum, idq; ab affectione, multipliciq;  
exemplo motus. Ab affectione, quia om-  
nis motus fit in tempore, quod in vo-  
luptate non contingit: à multiplici ex-  
emplo motus nempe visionis, structurae,  
atq; ambulationis, in quibus successio par-  
tium est, quae in voluptate non cernitur.  
Sed ut hic ipse ait multo subtilius in libris  
physicorum quam hoc loco de motu a-  
gitur. Omissa igitur omni cum aliis phi-  
losophis contentione gradatim ad subli-  
miora festinandum nunc est. Quaestio  
ergo hic non inutilis mouetur, An volu-  
ptas mentis sit omnium perfectissima? ver-  
bo respondetur esse. Probatum verò à diui-  
nitate, ut ita loquar, subiecti, ab excellen-  
tia finis, à perpetuitate simplicis, purae, &  
immixtae actionis, in qua pulcherrima  
haec voluptas continetur: subiectum est  
mens ipsa diuinitus data, virtutibus excul-  
ta, & ter-

Voluptas me-  
tis est omnium  
perfectissi-  
ma, idq; pro-  
batum variis  
argumentis.

ta, aeternę rerum diuinarum contempla-  
 tioni, vt ita dicam, consecrata: finis est su-  
 pra quam dici potest delectabilis illa pri-  
 mae causę veręq; foelicitatis contęplatio:  
 Actio est nō corporis sed mentis, eadēq;  
 nō fluens sed constans, non transiens sed  
 immanens, non ad tempus sed aeterna &  
 immortalis. O quanta & quam incredi-  
 bilis est verē contęplatiū voluptas?  
 qui relicto hoc gyro fluentis & refluxis  
 fortunę, sed totos in studio tā diuinę bea-  
 titudinis addiderūt. Sed heu nimis mul-  
 ti sunt hodie qui etsi alas mentis habent,  
 cum domesticis corpulentis & saginatis  
 aibus semper deorsum cadūt, somniantes  
 quidē plus voluntatis percipi in sen-  
 su quā in mente plus in aureo fortunę  
 stercore quā in splēdido virtutis studio  
 plus deniq; in veneris palaestra quā in ve-  
 rae foelicitatis arce & pallatio. Sed cęcuti-  
 entes toto cęlo errant: nam vt hic docet  
 philosophus, illa voluptas est perfectissi-  
 ma, quę ad pulcherrimū obiectū animi  
 refertur: sed mentis probē affectę talis est  
 voluptas: ergo mentis voluptas est perfe-  
 ctissima. Altera quęstio, quę agitata est, ab  
 hac

Voluptas quo  
 modo dica-  
 tur actionem  
 perficere,

hac nunc discussa quodammodo dependet, scilicet, an voluptas perficiat actionem? Si enim voluptas sit quasi pulsus in omni actione humana, eademq; comes & ut ait philosophus aliquo modo finis, necesse est ut actionem perficiat, nam pulsus est ut moueat, comes est ut cōseruet, finis denique est ut alliciat & cōsummet actionem: voluptatis enim causa aguntur omnia. Sed cautē intelligi hīc debet philosophus, cum voluptatem aliquo modo finem esse concludat. Non inquit voluptas perficit actionem ut habitus, sed ut quidam finis. Adde id quod in textu sequitur, nam ut externa pulchritudo quæ est, quodammodo finis actionem naturæ: ita delectatio actionem humanā perficit: quasi diceret, voluptas est bonum concomitans foelicitatem: voluptas est finis non per se & vi sua, sed aliquo modo, quia in actione beati hominis aliqua ex parte intenditur, ipsumque foelicem perpetuò ut lux solem concomitatur. Alij respondent voluptatem finem quidem esse non autem animi sed naturæ,

*Distint*

Mens con-  
sideratur,  
vel ut est

Voluptas  
perficit  
nem, q

Pe  
Erme  
subiec  
volupt  
proba  
probat  
tem p  
ad sum

*Distinctio prima questionis.*

Mons consideratur, vel ut est	}	Benè affecta, & sic eius volu- prae est perfe- ctissima, pro- pter	Diuinitatem naturae suae quae ei à Deo conceditur. Excellentiam finis, quam contempla- tur. Simpliciter actio- nis, quae rerum di- uinarum studio ia- nitur. Perpetuitatem ipsius delectationis, qua homo felix affici- tur.
		Corrupta & deprauata, & sic eius delecta- tio pessima habetur, ut in peccato & i- gnorantia.	

*Distinctio secunda questionis.*

Voluptas dicitur perficere actio- nem, quia ut	}	Efficiens causa mouet ad agendum.
		Instrumentalis causa actionem con- tinet.
		Finis fortuitus actionem absoluit.

**Opp.**

*Perfectior est ea voluptas quae in perfectiore subiecto  
& medio ponitur, sed voluptas voluntatis in perfectiore  
subiecto & medio ponitur quam voluptas mentis: ergo  
voluptas voluntatis est perfectior voluptate mentis, &  
proinde voluptas mentis non est perfectissima. Minor  
probat quia voluptas voluntatis habet ipsam volunta-  
tem pro subiecto, & charitatem pro medio in relatione  
ad summum bonum.*

Resp.

Resp.

Negamus volūtatem esse perfectius subiectū mentis, aut charitatem perfectius medium sapiētia in relatione ad felicitatem contemplatiuam: de qua hic agitur: quippe mens quid sit faciendum in hoc bono acquirendo praescribit, eamq; secundum normam rectae rationis dirigit.

Opp. contra secundam quaestionem.

Illud quod impedit prudentiam omnium actionum moderatricem, actionem non perficit, sed voluptas impedit prudentiam, ut probatur in 6. Ethic. ergo actionem non perficit.

Resp.

Nihil mouet haec ratio. Nam Arist. illic de mala, hic de studiosa voluptate disputat.

Opp.

Actio studiosa est perfectior voluptate: ergo voluptas eam non perficit, Nam si perfectius ab imperfectiore perficeretur.

Resp.

Perfectio accidentalis.

Non est absurdū ut perfectius ab imperfectiore perficiatur fortuito & extrinsecus. Nam sic accidentia perficiunt substantiam.

CAP.